GREGORIUS MAGNUS, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, 10. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35482
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

giosam duxit. Cum eo etiam quidam nostri iam
provectioris aetatis · qui ex eisdem partibus
sunt attestantur. Iuxta eandem namque civitatem
ecclesia beati martyris Stephani sita est.
In qua vir vitae venerabilis Constan
tius nomine · mansionarii functus
officio deserviebat. Cuius sanctitatis
opinio sese adnotitiam hominum longe
lateque tetenderat · quia isdem vir mun
di terrena despiciens · toto mentis studiis
ad sola caelestia flagrabat. Quadam
vero die dum in eadem ecclesia oleum deesset.
et praedictus dei famulus unde lampa
des accenderet omnimodo non haberet.
omnes lampades ecclesiae implevit
aqua · atque ex more in medio papy
rum posuit · quasi allato igne suc
cendit. Sicque aqua arsit in lam
padibus · · ac si oleum fuisset. Perpen
de quaeso petre · cuius meriti iste vir